ventibus ac mortuis, ad vitam æternam perducere digneris: Te rogo audi me Domine.

Ut omnibus fidelibus vivis et defunctis misereri digneris: Te rogo audi me Domine.

Ut animabus omnium fidelium defunctorum, requiem æternam donare digneris: Te rogo audi me D.

Ut lux perpetua luceat eis: Te rogo, audi me Domine.

Ut cum gloria resurrectionis, in novissimo die inter Sanctos tuos resuscitari merear: Te rogo audi me D.

Ut mihi Mysterium Corporis & Sãguinis Tui, ad salutem corporis & animæ meæ percipere cõcedas: Te rogo, audi me Domine.

Ut per Sacrosanctum Mysterium

Cor-

Corporis & ſanguinis Tui, me in corpore & anima illuminare, ſanctificare, atque in Tuo ſancto ſervitio ac in omni bono conſervare & confortare digneris: Te rogo, audi me Domine.

Ut per ineffabile Sacramentum, conſcientiam meam purifices, meque in omni pietate Tua, & ſalute mei, omniumque carorum meorũ, hìc & in futuro lætifices: Te rogo audi me Domine.

Ut mihi miſerrimo, Miſericors Deus miſericorditer miſereri digneris: Te rogo, audi me Domine.

Ut me ab æterna damnatione liberare digneris: Te rogo, audi me D.

Vt me cuſtodire digneris: Te rogo audi me Domine.

Vt me defendere digneris: Te rogo, audi me Domine.

Fili DEI Te rogo, audi me D.

Redemptor mundi, Mediator DEi: Te rogo, audi me Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi; miſerere mei, & da mihi veram indulgentiam, & remiſsionem omniũ peccatorũ meorum Amen.

Chriſte audi nos; Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

Pater noſter &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationẽ.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Benedictus qui venit in nomine Domini.

℟. Dominus Deus, et illuxit nobis.

℣. Ora pro nobis Sãcta Dei Genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Gloriosus Deus in Sanctis suis.
℟. Mirabilis in majestate sua.
℣. Ego dixi, Domine miserere mei.
℟. Sana animam meã, quia peccavi Tibi.
℣. Et veniat super nos misericordia tua Domine.
℟. Salutare tuum secundum eloquium tuum.
℣. Peccavimus Domine cum Patribus nostris.
℟. Injustè egimus, iniquitatem fecimus.
℣. Salvos fac servos et Ancillas tuas Domine.
℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Secundùm misericordiam Tuam memento mei Tu.
℟. Propter bonitatẽ tuam Domine.
℣. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo.
℟. Multum est enim.
℣. Si iniquitates observaveris D.
℟. Domine quis sustinebit.
℣. Ne intres in judicium cum servo tuo Domine.
℟. Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.
℣. A Porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Credo videre bona Domini.
℟. In terra viventium.
℣. Ne tradas Domine bestiis animas confitentium tibi.
℟. Et animas pauperum tuorum ne oblivi-

oblivifcaris in finem Amen.

ORATIO.

SUſcipe Domine Deus Omnipotens, hanc laudem Orationum & Pſalmorum, quàm ego peccator delegi in honorem & in veneratione̅ Sanctiſſimi Nominis Tui, et Tuæ Beatiſsimæ Genitricis, omniu̅q; Sa̅ctoru̅ Tuoru̅, pro delictis, & negligentiis, atque anguſtiis animæ & corporis mei; & precor Te, ut memor ſis omnium benefactorum & mirabilium Tuorum, quæ in veteri aut in novo teſtamento peregiſti: & facias mecum miſericordiam, ut per co̅memorationem Tuæ benigniſſimæ Humanitatis, & invocationem Divinæ majeſtatis, non recorderis pec-

catorum & ſcelerum meorum, ſed ea piè deleas, & in perpetuum oblivioni tradas, ac Tuam mihi miſericordiſſime Deus conſolationē porrigas Amen.

ORATIONES
De Paſsione Domini.

O Domine JESU Chriſte adoro Te in Cruce pendentē, & ſpineam coronam in capite portantē, ac deprecor Te, ut Tua Crux liberet me ab Angelo percutiente Amen.

O Domine JESU Chriſte adoro te in Cruce vulneratum, felle & aceto potatum, et deprecor Te, ut tua vulnera Sanctiſſima ſint remedium animæ meæ Amen.

O Domine JESV Chriſte, adoro

Te

Te in ſepulchro poſitum myrrhâ et aromatibus conditum, et deprecor Te, ut tua mors ſanctiſsima, ſit vita animæ meæ Amen.

O Domine JESV Chriſte Paſtor bone, juſtos conſerva, peccatores juſtifica, et omnibus fidelibus miſerere, et propitius eſto mihi indigno peccatori Amen.

O Domine JESV Chriſte propter illam amaritudinem quam pro me miſero ſuſtinuiſti in cruce, maximè quando tua anima nobiliſsima egreſſa eſt de corpore tuo ſanctiſsimo miſerere animæ meæ nunc, et in egreſſu ſuo Amen.

Pater noſter &c.

ORATIO.

BEnigniſsime Domine JESV Chriſte, reſpice ſuper me miſerum et indignum peccatorem, oculis Tuæ ſanctiſsimæ Miſericordiæ, quibus reſpicere dignatus es ſuper Petrum in atrio, Mariam Magdalenam in convivio, latronem in patibulo pendentem: fac ut cum Petro peccata mea defleam, cum Maria Magdalena perfectè Te diligam, & cum latrone in deliciis paradiſi eſſe merear ſine fine Amen.

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne DEUS, qui Unigenitum Filium tuum Dominum noſtrum, ineffabiliter naſci voluiſti, ut debitum Adæ, Tibi ſolveret æterno Patri, mortẽque no-

ſtram ſuâ morte interficeret, & vulnera noſtra in ſuo corpore ferret, noſtraſque maculas ſanguine ſuo dilueret, ut qui, antiqui hoſtis, corrueramus invidiâ, ipſius reſurgeremus clementiâ, & quamvis indignus ſim Te pro meis multis exorare exceſſibus, tamen tuæ me clementiæ commendans, oro humiliter, digneris me ſolita tua pietate ad te revocare, quẽ à Te ſeparaverunt infinita mea flagitia. Tu namq; nec Achas ſceleſtiſſimi humiliationem deſpexiſti, ſed vindictam diſtuliſti: Petrumque lachrymantem exaudiſti, claves regni cœleſtis ei tradidiſti: & confitenti latroni, ejuſdem regni præmia promiſiſti. Ergo clementiſſime Domine, me humilem ſervum, & indignũ

ministrum officii mihi commissi, per
te clemens ad Te recollige, & Eccle-
siæ tuæ, à qua propter peccata mea
excludi promerui, me dignanter
redde, ut nequaquam de me trium.
phare valeat hostis, sed tibi me con.
ciliet Filius tibi coæqualis, emundet-
que me ab omni iniquitate, & ad su-
am sacratissimam cænam, suavissi-
mas & salutiferas dapes, admittere
dignetur: sicque me suo sacratissi-
mo corpore reficiat, ut in præsenti
vita, me gratiâ suâ donet, in pace di-
es meos stabiliat, in officio mihi cõ-
misso me dirigat, atque custodiat, &
post hujus vitæ cursum, ad cælestia re-
gna perducat: Qui venturus est ju-
dicare vivos & mortuos, et sæculum
ignem Amen.

ORA-

ORATIO.

DEUS qui es Sanctorum tuorum ſplendor mirabilis, atque lapſorum ſublevator inenumrabilis, fac nos famulos tuos Sanctæ Dei Genitricis ſemper Virginis MARIÆ, & omnium Sanctorum tuorum ubique defendi præſidiis; nec non familiaritate, atque conſanguinitate nobis conjunctis, & omni populo Chriſtiano, cunctis, inimici, ab omnibus, depulſis fallaciis & inſidiis, concede ad cœleſtem patriam redeundi aditum, fac defunctorum omnium fidelium animas quiete perfrui. Amen.

BENEDICTIONES.

BEnedicat me Imperialis DEI

Majeſtas: protegat me regalis Divinitas: cuſtodiat me ſempiterna Deitas: foveat me Glorioſa Unitas: defendat me immenſa Trinitas: dirigat me inæſtimabilis Bonitas: regat me Potentia Patris: vivificet me Sapientia Filii: illuminet me Virtus Spiritus ſancti: Alpha & Omega, DEUS & Homo. Sit mihi iſta invocatio, ſalus, & protectio animæ & corporis; in nomine Patris & Filii & Spititûs Sancti Amen.

IN ELEVATIONE *Corporis CHRISTI.*

SAlve ſalutaris victima, pro me & humano genere in patibulo crucis oblata? Salve nobiliſsime ſanguis, de latère Domini noſtri Jesu

Chriſti profluens, & totius novæ & veteris culpæ maculas diluens. Auſer à me Clementiſsime Jesu, iniquitates & offenſas, ut purificato corpore & Spiritu deguſtare merear ſancta ſanctorum, ſit mihi hoc venerabile Sacramentum, contra hoſtiles nequitias, & inimicorum meorum inſidias, inextinguibile præſidium ut hoc ſalutari viatico refectus, lubricas hujus mundi vias immaculato calle tranſire, & ad Regē cœli, & Angelorum, ſine impedimento diabolicæ fraudis, & accuſationis, valeam pervenire; per Te, qui nos creâſti, cùm non eſſemus, nos libera Amen.

ORATIONES

Ante Communionem devotiſsimæ.

Suſcepit Communionem Paſchalē
in Inſigni Eccleſia Collegiata &
Parochiali Varſavienſi S. Joannis
Baptiſtæ. Anno 1759.

ORATIO I.

DEUS misericors, Deus clemens & propitius, qui secũdùm multitudinem miserationum Tuarum peccata pœnitentium deles, et præteritorum criminum culpas, veniâ abluis remissionis. Respice super me humilem famulum tuum, et tota cordis devotione peccatorum remissionem poscentem, deprecatus exaudi. Innova in me Piissime Pater, quidquid terrenâ fragilitate corruptum, vel diabolicâ fraude violatum est, et ignorantiâ, aut pertinaciâ voluntatis admissum. Miserere mei Domine miserere mei non habentis fiduciam, nisi in misericordia tua, et in sanctissima passione, et pretiosissimi sanguinis effusione Unigeniti Filii

ti Filii Tui, Domini noſtri JEsu Chriſti, ac in pia intercesſione glorioſiſsimæ Matris ſuæ Virginis MARIÆ, ut ſim idoneus hodie ad ſacratiſsimum Sacramentũ Corporis ejus accedere, et illud valeã ſuſcipere ad ſalutẽ corporis et animæ Amẽ.

ORATIO II.

DOmina mea Sancta MARIA, quæ DEum verum & hominẽ genuiſti ſecundùm carnem, quæ habes animam caſtam & mundam; juſtum eſt, me luxurioſum, & omni criminum labe contaminatum, á Tua caſtitatis munditiæ deſpici, & proiici: ſed quia indubitanter credo, quòd ob hoc per Te Deus factus eſt homo, ut peccatores vocaret ad pœnitentiam, ideo adjuva me nul-

lum præter te habentem adjutoriũ, obtine mihi licentiam accedendi ad paſchalem menſam, cujus participationem non meretur infelicitas. non efficiar alienus à Sacroſancta Communione, pro qua Deus & Homo carnem & ſanguinẽ de te ſumpſit. Pro mea liberatione, Nato jube, Regem ora, ut quòd peccata mea impediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret, ut antidotum de Tua carne contectum in altaris Myſterio, digne ſumam; ſumptum eâ reverentiâ & honore cuſtodiam, ut Dominus per idipſum ſalutis noſtræ pretium, cuſtodiat animã meam, & corpus meum, nec non extrema mea, et non det in commotionem pedes meos, ut non corruam in con-
ſpectu

ſpectu adverſariorum meorum, nec de me gaudeant inimici mei, ſed Spiritus Sanctus, qui te peccata tangere prohibuit, doceat me facere voluntatem Dei, & deſpicere omnia, quæ ſanctæ profeſſionis nomini inimica ſunt. Ita per omnia me informet et inſtruat, ut ad Dei opera facienda, mea procedant eloquia, dirigan turque cogitationes et opera Amen.

ORATIO III.

DOmine JESU Chriſte, immenſam clementiam Tuam humili devotione depoſco, ne iraſcaris mihi indigno famulo Tuo N.N. pro eo quòd corpore immundo et mente non pura in convivium tuum intrare, et ad Sanctiſsimum corpus et

pre-

pretiosissimum sanguinem tnum sumendum, accedere præsumo. Sed recordare obsecro, quia mulierem sanguinis fluxum patientem, à contactu fimbriæ vestimenti Tui non prohibuisti: illam quoque peccatricem flentem, ac pœnitentem, á sanctorum pedum tuorum osculo non rejecisti, ita nec me Domine Jesu Christe pro innumerabilibus sceleribus meis á communione tanti Misterii velut immundum repellas, sed pœnitentiam mihi agere dignam, fontemque lachrymarũ habere concedas: ut illud mundo corde ac corpore, non ad judicium, sed mundâ ac purâ conscientiâ, ad remedium, animæ meæ, et ad remissionẽ omnium peccatorum meorum, Te mise-

rante

rante percipere merear. Piissime Domine JESU Christe, ignosce mihi, quia te rogare compellor, dum per immunda labia mea nomen sanctum tuum secretè confiteor. Non habeo apud te verba sine crimine, tu enim conscientiæ meæ, et cogitationum mearum occulta nosti: Immunditias meas tu solus agnovisti: miserere mihi Domine: ignosce piissime Jesu Christe, Mysterii tui secreta desideranti, et accipienti: nec me indignum judices misericordiæ tuæ: fiat mihi obsecro Domine Sacramentum tuum ad viscera misericordiæ, et ad gratiam salutis, et ad sanitatem animæ meæ, per te Jesu Christe salvator mundi: qui in Trinitate perfecta, vivis ac regnas, Deus

in ſæcula Amen.

ORATIO IV.

DEUS qui de indignis dignos, de immundis mundos, & de peccatoribus facis juſtos, munda cor, & corpus meum ab omni cogitatione mala & ſorde peccati: & fac dignū ad ſacroſanctum Corpus & ſanguinem Unigeniti Filii tui Domini noſtri JESU Chriſti percipiendum, quod mihi proficiat et omnibus fidelibus Chriſtianis vivis ſive defunctis, ad ſalutem mentis et corporis, et ad remiſſionem peccatorum meorum, et ad vitam æternam capiendam. per eundem Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

ORATIO V.

CLementiſsime DEUS, qui occultorum meorum omnium es cognitor: qui conſcientiæ meæ vulnera graviſsima et innumerabilia noſti: ignoſce mihi Pater, quia ego indigniſsimus præſumo ad Tuum Sacrum altare accedere, et per mea immundiſsima labia nomen ſanctum Tuum et glorioſum invocare. JESU Chriſte piiſsime, parce mihi et miſerere mei, non ſecundùm merita mea, ſed ſecundùm magnam miſericordiam Tuam noli me deſpicere peccatorem: noli me reprobare, nec á Te ſeparare, ſed ſuſcipe me ſecundûm eloquium tuum & vivam, & non confundas me. Miſerere

mei Domine JESU Christe quia peccavi tibi: da mihi fontem lacrymarum fons vitæ & lux luminis: & concede mihi in præſenti vita, verã agere pœnitentiam de peccatis meis: & non me ſerves ad æternam damnationẽ pœnarum, thartareis flammis, pro facinoribus meis: ſed da mihi ſpem veniæ, ut in noviſsimo die valeam evadere mortem & conſequi vitam; præſta mihi hoc, Salvator mundi, qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivis & regnas, DEUS per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

ORATIONES

Poſt Communionem devotiſsimæ.

ORATIO I.

CORpus tuum Domine JESU Chri-

Christe quod ſumpſi, & ſanguis tuus quem potavi, adhæreat viſceribus meis: & præſta, ut in me nulla peccatorum remaneat macula, ubi tua piiſsimè introierunt Sacramenta, qui venturus es judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem. Amen.

ORATIO II.

GRatias tibi ago mitiſsime DEUS, quòd me dulciſsimo corpore & ſanguine tuo refeciſti, Gratias tibi ago benigniſsime Deus, quod me protegendo á periculis & negligentiis cuſtodiſti. Gratias tibi ago clementiſsime Deus pro dulciſsima refectione, pro tam benigniſsima cuſtodia & protectione: gratias tibi ago, benedico, laudo te in æternum.

Eja nunc oro piiſsime Deus, ut hoc dulciſsimum Sacramentum, ſit mihi contra omnia peccatorum meorum vulnera, efficaciſsimum medicamentum, ſit mihi benigniſſime Deus, hoc delectabile Sacramentũ, omnis virtutis & gratiæ virtuoſiſsimum complementum. Sit mihi benigniſsime Salvator hoc dilectiſsimũ Sacramentum, contra omnia pericula, tam in vita quàm in morte validiſsimum tutamentum. Sit mihi beatiſsime Deus, hoc dulciſsimum Sacramentum ad æternam beatitudinem, fulcimentum ſolidiſsimum. Mi Domine Deus pro ſumpta quæſo Euchariſtia, da mihi, ut á peccatis emundatus, meritis fecundatus, fine bono conſummatus, tecum ſine

fine ſim beatus, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum Amen.

ORATIO III.

SErenissima & Inclyta Mater Domini Noſtri Jesu Chriſti, Sancta MARIA Virgo perpetua, quæ eundem Creatorem omnium creaturarum in tuo ſacratiſsimo utero digna fuiſti portare; cujus ſacratiſsimum Corpus & ſanguinem, ego indignus ſumere præſumpſi, Te deprecor, ut ad ipſum pro me peccatore intercedere digneris: ut quidquid ego in hoc ineffabili ſacrificio ignoranter, vel negligenter, vel accidentaliter admiſi, tuis ſanctiſsimis precibus mihi indulgere dignetur, qui vivit & regnat &c. Amen.

Le sequenti orationi sono state transcritte da uno officialo del. q. Serenissimo SIGISMVNDO I. Re di Polonia.

CONDUCTVS VIE R.M.

INgressus Pilatus cum Jesu in prætorium, tunc ait illi, tu es Rex Judæorum. Respondit: tu dicis, quia Rex sum. Exivit ergo Jesus de prætorio portans coronam spineam, & vestem purpuream, & cum indutus fuisset, exclamaverunt omnes; crucifigatur, quia Filium DEI se fecit. Tunc ait illis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? responderunt Pontifices: Regem non habemus, nisi Cæsarem, & cum indutus fuisset,

excla-

exclamaverunt omnes: crucifigatur, quia Filium Dei ſe fecit.

Oremus.

ADoramus te Chriſte & benedicimus tibi: quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundum.

O R A T I O.

MIſerator & miſericors DEUS, qui filiis Iſrael in traductione eorum in terram ſanctam, Archangelum tuum ſanctum Michaelē Ducem conſtituiſti, per quem eos à periculis cuſtodiſti, & in adverſitatibus ſecuros effeciſti ſemper, & victores; quique propter David ſervum tuum, á Senacherib Aſsyriorũ Rege, cæſis per Angelum tuum centum octoginta quinque millibus

Aſsyriorum, Sanctam civitatem tuam Ieruſalem, & Ezechiam ejus Regem liberâſti, qui denique Theodoſium Imperatorem, tibi devolutum in anguſtia diræ obſidionis, de cœlo ſingulari pietate ſibi prædito auxilio, de hoſtibus effeciſti victorem; glorifica nunc tuum nomen, in me humili famulo tuo, cui nullo merito meo populi tui gubernacula conferre dignatus es, ut ſancto tuo Archangelo Michaele, Duce & protectore, hoſtis publicus Eccleſiæ, & exterminator populi tui Chriſtiani, tuo cœleſti præſidio ultionem accipiat. Conforta me Deus Omnipotens, crucemque, paſsionem, & amariſsimam mortem tuam oppone mediam, inter me & omnes inimi-

cos

cos meos, ut ejus potentiâ & virtute, hostium meorum nequitia conteratur; tradas eos in manus timentium & glorificantium Te, arguat eos in conspectu tuo malitia eorum, increpet eos, et veniat interitus in eos, quem moliti sunt servis tuis, et captione laqueorum suorum obruantur, ac tuorum fidelium persecutione stabili, confusi, proferant ultionẽ improperii, et pereant exterminatione sempiterna, ut in universo orbe magnificetur omnipotens nomẽ tuum. Permaneat lætitia in Ecclesia Sanctorum ac multiplicetur laus, et gratiarum actio: Tibi Deo viventi in sæcula sæculorum Amen.

DE S. RAPHAELE

dum iter arripitur.

Antiphona.

SIt Dominus in itinere veſtro, et Angelus ejus comitetur vobiſcũ.

℣. Angelis ſuis Deus mandavit de te.

℟. Vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui te corde rogare præcipis, et eſſe te ſupplicantibus exorabilem polliceris, da nobis ſanctum Archangelum Raphaelem in præſenti toto itinere Cuſtodem, Ducem et Protectorem, ut ſub ejus opitulatione, adverſantia cuncta à nobis ſubmoveas, et profutura quæq; concedas. Per Chriſtum Dominum Amen.

DE S. JULIANO
Custode, in Hospitiis.

Antiphona.

CUstodi nos Domine ut pupillam oculi, ſub umbra alarum tuarum protege nos.

℣. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi Regnum DEI.

Oremus.

DEUS qui Beato Juliano Confeſſori tuo, in conſolationem viatorum, jus hoſpitalitatis, ſingulari gratia contuliſti, & ſub ejus cuſtodia de ſecuritate eorum providiſti, ejus nobis hodie præſidio confer, & concede, ut hoſpitiatalia reclinatoria quieti noſtræ habere poſsimus,

in quibus, à periculis omnibus corporis & animæ securi esse valeamus: per Christum Dominum nostrum.

JESUS Nazarenus Rex Judæorũ.

In via pacis & prosperitatis, perducat nos virtus Sanctissimæ Trinitatis Amen.

Antiphona.

SAlve Mater Domini, una tu fuisti, Quæ conceptu, Dæmonis caput contrivisti,

Dum in Matris utero nulli suffuisti.

Sine vitio originis ante & post vixisti.

℣. Egredietur virga de radice Jesse

℟. Et flos de radice ejus ascendit.

ORATIO.

Con-

COncede quæſumus omnipotens & miſericors DEUS fragilitati noſtræ præſidium, ut qui Sanctæ Dei Genitricis Virginis MARIÆ, Immaculatæ Conceptionis memoriam agimus, interceſsionis ejus auxilio á noſtris iniquitatibus reſurgamus: per eundem Dominum noſtrũ JEsum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti DEUS &c.

CLYPEUS SPIRITUALIS
Sereniſsimo D. SIGISMVNDO I. Regi Poloniæ.

QVi hunc libellum tibi miſerim, non oportet quæri, Sereniſsime Rex. Mittitur enim ab ignoto, ob hanc unicam cauſam: quòd precationes victoriæ in eo contentæ, à quodam devoto Eremita cum commemoratione vitæ & factorum Chriſti compoſitæ:

ad te

ad te maximè pertinent, & uni tibi inter alios Christianos Principes propriè conveniunt: cujus ensis non in diffundendo, sed defendendo, Christiano sanguine, exercetur, belláque suscipis, ut Regni fines, non ad vanam dominandi cupiditatem protrahas, tuosque titulos in sanguine, lachrymis, & calamitate eorum extendas, quos, non minùs quam te ipsum, ex præscripto legis, teneris diligere. Sed sola armorum tuorum vis est & ratio, ut populo tuo, Presbyteris & Religiosis, ac aliis, in belli multitudine, digna professione pax, non desit, utque eos, quibus te DEUS præesse voluit, ab humana hostium crudelitate, à præcipiti hæreticorum vesania, à miserrima paganorum servitute, tanquam à gladiis plus animas quàm corpora ferientibus, vindices, ac defendas, prout fama, de te, totum peragrans orbem testatur. Accipe igitur Rex fortissime grato animo has precationes, per populum divulgandas. aliæ enim gentes infideles, suas victorias sibi stultè aut fortuitis fatorum casibus adscribunt. Tuæ veró, quoties cum Tartaris, Moschis, Turcis, & aliis infidelibus congrederis, à Deo justè peti, & ad eum solum debent referri obtentæ.

Vale & regna feliciter, resque tuas prosequere, animo inconcusso.

CLYPEUS SPIRITUALIS
Contra Insidias inimicorum, & ad victoriam obtinendam.

SI quis calamitate seu tribulatione aliquâ vexatur, orationem, & infra scriptos psalmos, cum Litaniis Vitæ Domini, & sequentibus orationibus, devotè legat; fidat in Domino, hoc Spirituali Clypeo protectus, Domini DEI, Patris Indulgentissimi, clementiam & opem feliciter se consecuturum, nec non victoriam obtenturum de inimicis.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti Amen.

ORATIO Prævia.

ANima mea in angustiis posita est, & Spiritus æstuans clamat ad te. Exaudi me Domine & miserere mei, quia peccavi tibi. Domine Rex omnipotens in ditione tua,

Suſcepit Communionem Paſchalē in Inſigni Eccleſia Collegiata & Parochiali Varſavienſi S. Joannis Baptiſtæ. Anno 1752.

cuncta ſunt poſita, & non eſt qui tuæ poſsit reſiſtere voluntati. Libera me propter nomen ſanctum tuum. Aſpice Domine de ſede glorioſiſſimæ Majeſtatis tuæ, & cogita piè & miſericorditer de me: inclina aurẽ tuam, & audi. Aperi oculos Tuos, & vide tribulationem meam, quia non in juſtificationibus meis proſterno preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Congregati ſunt inimici mei, & gloriantur in virtute ſua. Contere fortitudinem illorum Domine, & diſperge illos, ut cognoſcant, quia non eſt alius, qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noſter; qui es benedictus, laudabilis, glorioſus & ſuperexaltatus in ſæcula Amen.

PSALMVS.

DEUS Deus meus, quare me dereliquiſti, reſpice in me: longè à ſalute mea, verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem & non exaudies? & nocte, & non ad inſipientiam mihi.

Tu autem in Sancto habitas: laus Iſrael.

In te ſperaverunt Patres noſtri: ſperaverunt & liberâſti eos.

Ad te clamaverunt & ſalvi facti ſunt: in te ſperaverunt & non ſunt confuſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriſerunt

me: locuti ſunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: ſalvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab uberibus matris meæ, in te projectus ſum ex utero.

De ventre Matris meæ Deus meus es tu: ne diſceſſeris á me.

Quoniam tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi; tauri pingues obſederunt me.

Aperuerunt ſuper me os ſuum: ſicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effuſus ſum: et diſperſa ſunt omnia oſſa mea.

Fa-

Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens: in medio ventris mei.

Aruit tanquam teſta virtus mea; et lingua mea adhæſit faucibus meis: et in pulverem mortis deduxiſti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obſedit me.

Foderunt manus meas et pedes meos: dinumeraverunt omnia oſsa mea.

Ipſi verò conſideraverunt, et inſpexerunt me: diviſerunt ſibi veſtimenta mea, et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Tu autem Domine, ne elongaveris auxilium tuum á me: ad defenſionem meam conſpice.

Erue á framea Deus animam meam: et de manu canis unicam meã.

Salva me ex ore leonis: et à cornibus unicorniũ humilitatem meã.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israel: quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem suam à me: et cum clamarem ad eum exaudivit me.

Apud te laus mea in Ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes et saturabuntur: et lau-

et laudabunt Dominum qui requirunt eum, vivent corda eorum in ſæculum ſæculi.

Reminiſcentur & convertentur ad Dominum: univerſi fines terræ.

Et adorabunt in conſpectu ejus: univerſæ familiæ gentium.

Quoniam Domini eſt regnum: et ipſe dominabitur gentium.

Manducaverunt, et adoraverunt, omnes pingues terræ: in conſpectu ejus cadent omnes qui deſcendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: & ſemẽ meum ſerviet ipſi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura: et annuntiabũt cœli juſtitiam ejus populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto etc.

PSALMVS.

EXaudi Deus orationem meam, et ne despexeris deprecationē meam: intende mihi & exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum á voce inimici, & tribulatione peccatoris.

Quoniam declinaverunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.

Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.

Timor & tremor venerunt super me: et contexerunt me tenebræ.

Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbæ? et volabo: et requiescam.

Ecce elongavi fugiens: et manſi in ſolitudine.

Expectabam eum qui ſalvum me fecit à puſillanimitate ſpiritus: et tempeſtate.

Præcipita Domine, divide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, et contradictionem in civitate.

Die ac nocte circumdabit eam ſuper muros ejus iniquitas: et labor in medio ejus, et injuſtitia.

Et non defecit in plateis ejus: uſura et dolus.

Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem utique.

Et ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet: abſcondiſſem me forſitan ab eo.

Tu verò homo unanimis: Dux

meus et notus meus.
Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulavimus cum conſenſu.
Veniat mors ſuper illos: et deſcēdant ad infernum viventes.
Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum: in medio eorum.
Ego autem ad Deum clamavi: et Dominus ſalvabit me.
Veſpere et manè, et meridie narrabo et annunciabo: et exaudiet vocem meam.
Redimet in pace animam meam, ab his qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.
Exaudiet Deus et humiliabit illos: qui eſt ante ſæcula.
Non enim eſt illis commutatio, et

non timueruut Deum: extendit manum ſuam in retribuendo.

Contaminaverunt teſtamentum ejus, et diviſi ſunt ab ira vultûs ejus: et appropinquavit cor illius.

Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum: et ipſi ſunt jacula.

Jacta ſuper Dominum curam tuam, et ipſe te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem juſto.

Tu verò Deus deduces eos: in puteum interitûs.

Viri ſanguinum, et doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autem ſperabo in Te Domine.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto &c.

PSALMUS.

SAlvum me fac Deus: quoniam

intraverunt aquæ uſque ad animam meam.

Infixus ſum in limo profundi: et non eſt ſubſtantia.

Veni in altitudinem maris: & tẽpeſtas demerſit me.

Laboravi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

Confortati ſunt, qui perſecuti ſunt me inimici mei injuſtè: quæ non rapui, tunc exſolvebam.

Deus tu ſcis inſipientiam meam: et delicta mea à te non ſunt abſcondita.

Non erubeſcant in me, qui expectant te Domine: Domine virtutũ

Non confundantur ſuper me: qui quærunt te Deus Iſrael.

Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio, faciem meam.

Extraneus factus ſum fratribus meis: et peregrinus, filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt ſuper me.

Et operui in jejunio animam meam: & factum eſt in opprobrium mihi.

Et poſui veſtimentum meum cilicium: & factus ſum illis in parabolam.

Adverſùm me loquebantur, qui ſedebant in porta: et in me pſallebant,

bant, qui bibebant vinum.

Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti, Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me: in veritate salutis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar: libera me ab iis qui oderunt me, et de profundis aquarum.

Nòn me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundùm multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne avertas faciem tuam, á puero tuo, quoniam tribulor: velociter exaudi me.

Intẽde animæ meæ & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu ſcis improperium meũ & confuſionem meam: & reverentiam meam.

In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me: improperium expectavit cor meum, & miſeriam.

Et ſuſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inveni.

Et dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potaverunt me aceto.

Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum: & in retributiones, & in ſcandalum.

Obſcurentur oculi eorum, ne videant: & dorſum eorum ſemper incurva.

Effunde ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorum, non ſit, qui habitet.

Quoniam quem tu percuſsiſti, perſecuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Appone iniquitatẽ ſuper iniquitatem eorum: & non intrent in juſtitiam tuam.

Deleantur de libro viventium: & cum juſtis non ſcribantur.

Ego ſum pauper & dolens: ſalus tua, Deus, ſuſcepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude.

Et placebit Deo ſuper vitulum novellum: cornua producentẽ & ungulas.

Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & vivet anima vestra.

Quoniam exaudivit pauperes Dominus: & vinctos ſuos non deſpexit.

Laudent illum cœli & terra: mare & omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus ſalvam faciet Sion: & ædificabuntur civitates Juda.

Et inhabitabunt ibi: & hæreditate acquirent eam.

Et Semen ſervorum ejus poſsidebit eam: & qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto &c.

INCIPIVNT LITANIÆ TOTIUS VITæ *Domini noſtri JESV Chriſti.*

KYrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos; Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis Deus,
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus Sancte Deus,
Sancta Trinitas unus Deus,
Jesu Chriſte Fili Dei vivi,
Jesu qui es Deus ante ſæcula ex ſubſtantia Patris genitus,
Jesu qui á Patribus & Patriarchis expectatus fuiſti,
Jesu qui per ora Prophetarum Te venturum in hunc mundũ prædixiſti.
Jesu, qui Sanctiſsimam Virginem Mariam Matrem Tuam elegiſti.

Miserere nobis. Miserere nobis.

Jesu, qui Divina diſpenſatione, eam

ſeni & Virgini Jozeph deſponſari voluiſti.

Jeſu, qui per Angelum eidem mitiſsimæ ac Sanctiſsimæ Virgini nunciatus fuiſti.

Jeſu, qui pro nobis miſeris de cælo deſcendiſti.

Jeſu, qui de ſinu Patris, in uterũ Virginis introiſti.

Jeſu qui ex MARIA Virgine naſcens formam ſervi accipere nõ horruiſti.

Jeſu, qui excelſus es DEUS, & humilis in præſepio jacuiſti.

Jeſu, qui vagiens ſuper fænum, in medio duorum animalium pauperrimè jacuiſti.

Jeſu, qui infantulus faſciá Sanctiſſimæ MARIæ, ligatus fuiſti.

Miſerere nobis.

Miſerere nobis.

 Jeſu

Jeſu, qui infantiles neceſsitates mitiſsimè pertuliſti.

Jesu, qui ſacratiſsimis uberibus Virgineis lactatus fuiſti.

Jesu, qui Paſtoribus ab Angelis cum gaudio nunciatus fuiſti.

Jesu, qui cruentam circumciſionem in tenello corpuſculo ſuſtinuiſti.

Miſerere nobis.

Jesu, qui te ipſum Magis ad adorandum venientibus, ſtellâ duce manifeſtâſti.

Jesu, qui eos per aliam viam in regionem ſuam, redire feciſti.

Jesu, qui in templo à Parentibus cum humili oblatione præſentatus fuiſti.

Jesu, qui in ſeniles juſti Simeonis ulnas, te amplexandum miſeri-

Miſerere nobis.

corditer tribuiſti.

Ieſu, qui perſecutionibus gladii cedens, in Ægyptum te transportare voluiſti.

Ieſu, qui innocentes pro te occiſos, in Martyres tuos, conſecrâſti.

Ieſu, qui ab Ægypto (defuncto Herode) vocatus in terram Iſrael rediiſti.

Ieſu, qui á Parentibus per triduũ quæſitus, in templo repertus fuiſti.

Ieſu, qui inter Doctores, ſapientiſſimé, puer diſſeruiſti.

Ieſu, qui cum parentibus Nazareth rediens, illis ſubditus extitiſti.

Ieſu, qui veræ humilitatis & obedientiæ nobis exemplũ tribuiſti.

Miſerere nobis.

Miſerere nobis.

Iesu, vere agnus Dei, qui á Joanne Baptiſta monſtrari voluiſti.

Iesu, qui per manus ipſius, in Iordane baptizari voluiſti.

Iesu, qui voce Patris, de te teſtimonium perhibentis, ejus Filius dilectus declaratus fuiſti.

Iesu, Rex cæli, qui te Fabri Filiũ appellari paſſus es, & reputari.

Miſerere nobis.

Iesu, qui Spiritũ Sanctum in ſpecie columbæ ſuper te deſcendere voluiſti.

Iesu, qui in deſerto, à Spiritu ductus, quadraginta diebus, & noctibus jejunâſti.

Iesu, qui poſtea ut Te verum hominem oſtenderes, eſurire voluiſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui Te à diabolo tentari permiſi-

misisti, & ipsum tentatorem superâsti.

Iesu, qui ad nuptias invitatus, aquam in vinum mirabiliter convertisti.

Iesu, qui duos fratres Simonem & Andream de navi vocatos, Te sequi voluisti.

Iesu, qui Ioannem, & Iacobum, relictis omnibus & Patre, ad piscationem hominum vocâsti.

Iesu, qui duodecem Tibi Apostolos humiles & imperitos: sed fide præcellsos elegisti.

Iesu, qui eos in mundum universum ad prædicandum misisti.

Iesu, qui per simplicem eorum fidei prædicationem, de errore mortis, humanum genus liberâsti.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Iesu, qui pauperibus, Spiritum evangelizãdi mirabiliter dediſti.
Iesu, qui eiſdem Apoſtolis tuis, poteſtatem, eijciẽdi immundi Spiritús ab obſeſsis, donâſti.
Iesu, qui eos etiam in Nomine Tuo languores corporum & animarum curare juſsiſti.
Iesu, qui Petro Apoſtolo claves regni cælorum liberaliſsimè tradidiſti.

Miſerere nobis.

Iesu, qui non ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties peccanti, remittendum, Petro reſpondiſti.
Iesu, qui cæcos illuminâſti, & ſurdos miſericorditer audire feciſti.
Iesu, qui manco manum aridam extendere juſsiſti.

Miſerere nobis.

Iesu, qui clemens, claudos ambu-

lare fecisti.

Iesu, qui humanæ naturæ compatiens, dæmones à possessis corporibus profugâsti.

Iesu, qui paralyticum apud probaticam piscinam sanatum, grabatum tollere & ambulare jussisti.

Iesu, qui fecisti mutos loqui, & leprosos misericorditer mundari.

Iesu, qui de luto, & sputo Tuo, oculos cæco nato linisti.

Iesu, qui filium Reguli, solo verbo sanâsti.

Iesu, qui innumeros corporum et animarum languores, benignè curâsti.

Iesu, qui mortuos potenter resuscitâsti.

Iesu, qui super undas maris, siccis

Miserere nobis.

Miserere nobis.

pedibus ambulâſti.

Ieſu, qui diſcipulos tuos in navi pænè periclitantes liberâſti.

Ieſu, qui & Petro, cum cæpiſſet mergi, manũ ſtatim porrexiſti.

Ieſu, qui in monte, beatitudines, ac virtutes docuiſti.

Ieſu, qui præmia ſingulis congruentia, liberaliſsimè promiſiſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui in Monte Thabor coram Diſcipulis tuis, Te transfigurâſti.

Ieſu, qui de quinque panibus & duobus piſcibus, numeroſam turbam ſatiâſti.

Ieſu, qui ſub brevi cõpendio verborum, perfectiſsimam orandi formam tradidisti.

Ieſu, qui non in terra, ſed in cælo, theſaurizare Diſcipulos tuos docui.

Miſerere nobis.

cuisti.

Iesu, qui recipientes eos corporaliter in Tuo Nomine, ſpiritualiter Te recepturos dixisti.

Iesu, qui ſervos tuos omnibus miſericordiam facere, & non judicare quemquam voluisti.

Ieſu, qui arctam viam justitiæ, & anguſtam portam pœnitentiæ tuis oſtendiſti.

Ieſu, qui parabolis ad turbas, & diſcipulos, ſtatum Eccleſiæ futuræ declarâſti.

Iesu, qui Te Inſpectorem cordiũ & ſecretorum cognitorem, ſæpiſſimè demonſtrâſti.

Iesu, qui cum diſcipulis in navicula ſedendo, devotas turbas in littore ſtantes docuiſti.

Miſerere nobis. Miſerere nobis.

Ieſu, qui arcana ſapientiæ ſuperbis abſconſa, humilibus revelâſti.
Ieſu, qui cum publicanis & peccatoribus manducans, ad pœnitentiam eos provocâſti.
Iesu, qui Chananæam mulierem, non dedignâſti.
Iesu, qui mulierem in adulterio comprehenſam, non condemnâſti.

Miſerere nobis.

Iesu, qui Magdalenam á pedum oſculo, lachrymantem, non abjeciſti.
Iesu, qui eidem peccatorum veniam miſericorditer tribuiſti.
Iesu, qui publicanum ad pœnitentiam benigné invitâſti.
Iesu, qui ex itinere fatigatus ac laſſus ſuper puteum reſediſti.

Miſerere nobis.

Jeſu, qui mulierem Samaritinam benignè corripuiſti.

Ieſu, qui afflictiones famis ac ſitis in tuo corpore patienter ſuſtinuiſti.

Ieſu, qui compatiendo humanis calamitatibus illachrymâſti.

Ieſu, qui ditans alios, ipſe paupertatis indigentiam ſubiiſti.

Ieſu, qui pauperibus ad omnia etiam obſequia, Te humiliter exhibuiſti.

Ieſu, qui mala pro bonis, à Judæis, patienter recepiſti.

Ieſu, qui à volentibus te præcipitare, ſine reſiſtentia duci Te permiſiſti.

Ieſu, qui virtute tuæ Divinitatis per medium illorum tranſiens,

Miſerere nobis.

Miſerere nobis.

de monte descendisti.

Iesu, qui Discipulos ob penuriam sabbatho evellentes spicas ut comederent, excusâsti.

Iesu, qui homini omnia subjecisti, & ipsum hominem Deo subjectum esse voluisti.

Iesu, qui Judæis signum de cælo, malè quærentibus signum, non dedisti.

Miserere nobis.

Iesu, qui Matrem Tuam, & ubera ejus, voce mulieris de turba, beatificari voluisti.

Iesu, qui audientes verbum Dei, & illud custodientes, beatos dixisti.

Iesu, qui domum Pharisæi ingressus, ibidem cum discipulis recubuisti.

Miserere nobis.

Jesu, qui perfidam Pharisæorum & legis Doctorum superbiam increpâsti.

Iesu, qui interiorem munditiam necessitatis, & exteriorem, honestatis tantùm esse, ostendisti.

Iesu, qui infructuosam arborem succidi & in ignem mitti debere, dixisti.

Miserere nobis.

Iesu, qui ad cænam tuam, ingratis venire nolentibus, infirmos ac humiles vocari jussisti.

Iesu, qui persecutiones Judæorum aliquando declinâsti, & ab eis te subtraxisti.

Iesu, qui cum carnalibus amicis & consanguineis humanam gloriam quærentibus, non ascendisti.

Miserere nobis.

Iesu, qui Te veram mundi lucem

sequen,

ſequendam, dixiſti.

Jeſu, qui ad revelandam inſaniniam ſuperborum, extra te veritatem quærentium, de ovili, oſtio, ſimilitudinem propoſuiſti.

Ieſu, qui malignos & incredulos, non ex ovibus tuis eſſe, dixiſti.

Ieſu, qui te cum Patre unum eſſe in virtute & potentia, ſicut in Deitate & eſſentia, declaráſti.

Ieſu, qui nos á fermento Phariſæorum cavere præcepiſti.

Ieſu, qui ſequentes te, ad continentiam adhortatus es.

Ieſu, qui præceptis tuis, duodecim conſilia ad perfectionem Evangelicam, addidiſti.

Ieſu, qui operarios in vineam tuam, quâcunq; hora vocâre, non deſti-

Miſerere nobis

Miſerere nobis.

destitisti.

Jesu, qui defuncto Lazaro, Bethaniam cum Discipulis rediisti.

Iesu, qui humanum demonstrans affectum, in luctu amicorum, cum Maria & Martha flevisti.

Iesu, qui quatriduanum Lazarũ, fætentem in sepulchro, à morte resuscitâsti.

Iesu, qui consilium malignantium contra Te fieri permisisti.

Iesu, qui illis non resistere, sed magìs per patientiã cedere voluisti.

Iesu, qui Samaritanis hospitium tibi negantibus, ad alium locum humiliter declinâsti.

Iesu, qui passionem ac mortẽ Tuam, pluries Discipulis Tuis prædixisti.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Jesu, qui non temporaliter dominari, ſed humiliter ſervire, & miniſtrare veniſti.

Ieſu, qui Zachæum in ſiccomorũ aſcendentem miſericorditer reſpexiſti.

Ieſu, qui pro mundo paſſurus, caput tibi perungi, in Bethania permiſiſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui duos Diſcipulos ſolvere aſinam & pullum ejus, ut ad te ducerentur, miſiſti.

Ieſu, qui humilis ſuper aſellum ſedens, in civitatem Ieruſalem, glorioſè ſuſceptus fuiſti,

Ieſu, qui ſuper ipſam interituram civitatem, compaſſionis lachrymas effudiſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui flagello de funiculis facto,

cto, vendentes & ementes de templo, ejeciſti.

Ieſu, qui duo æra minuta pauperculæ viduæ, oblationibus divitũ prætuliſti.

Ieſu, qui plurimis ſermonibus populum docens, per totam diem, jejunus permanſiſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui non (tametſi ut homo indigens fueris) corporalem cibum, ſed (ut miſericors Deus) humanam ſalutem, eſuriſti.

Ieſu, qui ficulneæ ſecùs viam, tantùmmodò folia ſinè fructu habenti, maledixiſti.

Ieſu, qui vineam, Eccleſiæ tuæ Prælatis, ad colendum, & fructũ reddendum ſuis temporibus, locâſti.

Miſerere nobis.

Jesu, qui non habentem vestem nuptialem, ligatis manibus & pedibus in tenebras exteriores mitti jussisti.

Iesu, qui sanctum dare panem canibus, & margaritas ante porcos ponere prohibuisti.

Iesu, qui per parabolam duorum fratrum, nullum peccatorẽ diffidere posse, ostendisti.

Iesu, qui nihil tam occultum fore, quod non detegatur, Tuo ore dixisti.

Iesu, qui ea quæ sunt Cæsaris Cesari, & quæ sunt Dei Deo, reddenda dixisti.

Iesu, qui omnem scripturam legis & Prophetarum, ad dilectionem Dei & proximi ordinâsti.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Jesu,

Jesu, qui ſcribas & Phariſæos in do-
ctrina audiendos, ſed non in vita
imitandos dixiſti.

Iesu, qui Nos, Magiſtrum unum,
& Patrem in cælis quærendum
eſſe, docuiſti.

Iesu, qui falſis Hipocrytis, æternū
væ væ maledictionis, commina-
tus fuiſti.

Miserere nobis.

Iesu, qui non tempus, ſed ſigna ad-
ventús tui, & conſummationis
ſæculi, Tuis Diſcipulis, decla-
râſti.

Iesu, qui abominationem deſola-
tionis, & futuram Antichriſti
perſecutionem, prædixiſti.

Iesu, qui per exemplum patrisfa-
miliàs, contra furem domum ſu-
am cuſtodientis, vigilare nos, ad-

Miserere nobis.

monuiſti.

Jesu, qui nos præcingere lumbos, & lucernas in manibus ardentes tenere, juſſiſti.

Iesu, qui á Judæis, Te odio perſequentibus, ejectus fuiſti.

Iesu, qui inſidias plurimas & perſecutiones, ab eis, perpeſſus fuiſti.

Miſerere nobis.

Iesu, qui triginta argenteis, à proditore Judâ, venditus fuiſti.

Iesu, qui primâ die azymorum, Petrum & Joannem, in civitate parare paſcha, præmiſiſti.

Iesu, qui ibidem cum Diſcipulis in cænaculo grandi ſtrato, ultimam cænam feciſti.

Ieſu, qui eorum pedes, tam piè & humiliter, lavare dignatus fuiſti.

Miſerere nobis.

Jesu, qui poſt typicum agni eſum, novum noſtræ redemptionis paſcha inchoâſti.

Ieſu, qui ſub panis & vini ſpecie, Corpus Tuum & Sanguinem, diſcipulis, in myſterium dediſti.

Ieſu, qui tua dulciſſimâ manſuetudine, nequiſſimum diaboli ſervum, & Tui proditorem, á tali convivio non rejeciſti.

Miserere nobis.

Ieſu, qui ipſius perfidi proditoris impietatem, charitative corripuiſti.

Ieſu, qui Joanni ad dulcem recubitum, ſacrum pectus, unde fluenta Evangelii potavit, tradidiſti.

Ieſu, qui poſt egreſſum inde, diſcipulos conſolando, dulciſſimū eis ſermonem feciſti.

Miserere nobis.

Jesu,

Jesu, qui per exemplum mulieris in dolore partûs triſtitiam habentis, eos ad patientiam, adhortatus es.

Iesu, qui præcipuum hoc mandatum Diſcipulis, ut ſe invicem diligerent, tradidiſti.

Iesu, qui majorem charitatem neminem habere, quàm ut quis pro amicis animam ſuam ponat, oſtendiſti.

Miſerere nobis.

Iesu, qui Petro pro te, ſe mori velle aſſerenti trinam ipſius negationem futuram, prædixiſti.

Iesu, qui diligentes te, ad obſervãtiam mandatorum tuorum, monuiſti.

Miſerere nobis.

Iesu, qui Diſcipulos tuos, noſque, Patri, tuâ ſacratiſſimâ oratione,

com

commendâſti.

Jesu, qui Patri gratias agens, & hymno dicto, ad montem Oliveti cum Diſcipulis perrexiſti.

Jesu, qui eos omnes, nocte illâ, ſcandalum paſſuros, & tãquam oves, amiſſo paſtore, diſpergẽdos, prædixiſti.

Miſerere nobis.

Jesu, qui aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, contriſtari & mæſtus eſſe cæpiſti.

Jesu, qui ob pavorẽ acerbiſſimæ mortis, orans, ſanguinẽ ſudâſti.

Jesu, qui procidens in faciem tuã calicem paſſionis à te transferri, Patrem orâſti.

Jesu, qui obediens uſq; ad mortem, non tuam ſed Patris fieri voluntatem expoſtulâſti.

Miſerere nobis.

Jesu, qui ad tam amaram paſſionem, pro ſalute peccatorum, ſponte te obtuliſti.

Jesu, qui te à Diſcipulo proditore Juda, oſculo tradi, permiſiſti.

Jesu, qui Petro ardentiori, poſt amputatam auriculam Malchi, ut gladium reponeret, mandâſti.

Miſerere nobis.

Jeſu, qui pius, eidem ſervo Malcho, auriculam tangendo, reſtituiſti.

Jesu, qui ab impijs & ſceleratis, ſpontè capi & teneri, voluiſti.

Jesu, qui fugientibus præ timore Diſcipulis, ab eis derelictus extitiſti.

Jesu, qui eos deſolatos triſtes, & ut oves errantes, diſperſos, reſpexiſti.

Miſerere nobis.

Jesu, qui magno cum impetu ligatus, á nequissimis te trahi, patientissimè sustinuisti. *Miserere nobis.*

Iesu, qui ut Agnus innocens inter lupos derisus, & verberatus in via, fuisti.

Iesu, qui innumeris molestiis afflictus, tanquam malefactor, ad Pontifices adductus fuisti.

Iesu, qui in concilio Judæorum præsentatus, & mansuetus ut agnus mutus stetisti. *Miserere nobis.*

Iesu, qui de doctrina, & Discipulis interrogatus, de doctrina tantùm respondisti.

Iesu, qui à vili, & scelerato Pontificis servo, alapam patientissimé sustinuisti.

Iesu, qui non pænam illam, quam potu-

potuiſſes, irrogâſti, ſed charitativè illum corripuiſti.

Jeſu, qui à falſis ſubordinatis teſtibus, mendaciter accuſatus fuiſti.

Iesu, qui humili Tua taciturnitate, Pontifices & ſcribas in furorem concitâſti.

Iesu, qui per Deum adjuratus, propter reverentiã Divini Nominis, Pontifici veritatẽ reſpõdiſti.

Miserere nobis.

Iesu, qui te verum ſæculorum Judicem venturũ, confeſſus fuiſti.

Iesu, qui blaſphemiæ crimen falſè tibi impoſitum, patientiſsimè tolerâſti.

Iesu, qui in ſciſſione veſtis, á Pontifice, Sacerdotium ab eis auferendum, prophetari voluiſti.

Miserere nobis.

Iesu, qui ab inimicis & perſecuto-

ribus

ribus iniquæ morti adjudicatus fuiſti.

Jesu, qui pugnis & alapis in faciē & collum, à prophanis percuſſus fuiſti.

Iesu, qui ſputis, pulvere & luto, in deſpectum infectus fuiſti.

Iesu, qui faciem tuam glorioſiſsimam, tam ignominiosè velari permiſiſti.

Miserere nobis.

Iesu, qui percuſſus in capite, per ludibrium prophetizare, quis Te percuſſerit, juſſus fuiſti.

Iesu, qui ſacrilegis manibus iterum colaphizari, & os mellifluū percuti permiſiſti.

Iesu, qui tuam Sanctiſsimam barbam evelli, & per capillos venerabiles trahi, patienter tuliſti.

Miserere nobis.

Jeſu, qui à Judæis conculcandum, et absq; pietate malè tractandum te exhibuiſti.

Ieſu, qui per totam noctem blaſphemias & opprobria, verbera ac incommoda pertuliſti.

Ieſu, qui Petrum tertiò te negantem, piis oculis reſpiciens, ad fletum & pænitentiam provocâſti.

Miſerere nobis.

Iesu, qui manè facto, ad conſilium & conventum malignantium, perductus fuiſti.

Iesu, qui poſt illatas tibi injurias & convitia, per medium civitatis te trahi tolerâſti.

Iesu, qui ſic manibus poſt terga ligatis, Pontio Pilato Præſidi traditus fuiſti.

Miſerere nobis.

Iesu, qui ibidem in multis falſis ac-

cuſatus & interrogatus, extitiſti.
Ieſu, qui te ad Herodem mitti, & illuſum in veſte alba remitti, pertuliſti.
Ieſu, qui ipſi Herodi miracula à te fieri expectanti, nec verbum ullum reſpondiſti.
Ieſu, qui Herodem & Pilatum, adverſùm, te amicos fieri, voluiſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui iterum à Pilato interrogatus, nec verbo quidem, falſas accuſationes refellere, curâſti.
Ieſu, qui ante præſidem, inclinato capite, vultu placido, paratus ad opprobria, extitiſti.
Ieſu, qui teſtimonio & judicio ipſius Pilati, innoxius inventus & probatus fuiſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui ad petitionem Judæorum dimiſſo

dimiſſo Barraba, in manibus carnificum pro nocente remanſiſti.

Iesu, qui propriis veſtimentis exui, & ad columnam, te ſtrictiſſiſimè ligari, voluiſti.

Iesu, qui pro nobis uſque ad ſanguinis defluxum, diriſſimè flagellatus fuiſti.

Iesu, qui á militibus veſte purpureâ, illuſoriè circumdatus fuiſti.

Miſerere nobis.

Iesu, qui coronam de ſpinis capiti tuo ſuperpoſitam patientiſſimè portâſti.

Iesu, qui arundinem pro ſceptro tibi traditam, in dexteram accepiſti.

Iesu, qui arundine, de manu tua, ereptâ, caput tuum nobile percuti ſuſtinuiſti.

Miſerere nobis.

Jeſu, qui irriſoriè ſalutatus, & adoratus, Rex Judæorum acclamatus fuiſti.

Ieſu, qui iterùm criminoſis manibus, maxillas concuti, capillos & barbam evelli, permiſiſti.

Ieſu, qui tam immaniter dilaceratus, ad crudele ſpectaculum forás adductus fuiſti.

Ieſu, qui à Pilato, Ecce Homo, dicente præſentatus populo, obticuiſti.

Ieſu, qui terribiles, Judæorum voces; tolle, tolle, crucifige, crucifige, clamantium audiſti.

Ieſu, qui te ante tribunal Pilati adhuc adduci, & ad mortem crucis innocentem condemnari permiſiſti.

Miſerere nobis. Miſerere nobis.

Jesu, qui horribili sententia mortis prolatâ, veste purpureâ exutus fuisti.

Iesu, qui fune ligatis manibus & collo, crucem Tuam jam maximè debilitatus, propriis humeris, bajulasti.

Iesu, qui latronibus associatus, inter sceleratos reputatus fuisti.

Iesu, qui curvatus sub pondere crucis gravis, vociferantibus turbis, in Golgotham, immolari ductus fuisti.

Iesu, qui Matrem Tuam lachrymantem, præ dolore in terram corruisse, vidisti.

Iesu, qui non siccis oculis ipsam Matrem conspiciens, gladio cõpassionis ejus, confossus fuisti.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Jesu, qui amantes te & plangẽtes mulieres, oculis & ore convertiſti.

Ieſu, qui ipſas filias Ieruzalem, non ſuper te, ſed ſuper ſe, & filios ſuos, flere, es exhortatus.

Ieſu, qui debilitatus ac fractus ſub tanto onere aliquantulum reſpirare voluiſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui Simonem Cyrenæum angariari ad portandam poſt te crucem permiſiſti.

Ieſu, qui ſic inter latrones ligatus, montem Calvariæ aſcendere, nõ expaviſti.

Ieſu, qui ad pudoris ac doloris cumulum, tertiò jam, coram omnibus, in frigore & vento, nudari voluiſti.

Miſerere nobis.

Jeſu, qui pretioſiſſimam faciem tuam, & carnem, præ flagellis, tanquam leproſam, habuiſti.

Ieſu, qui velo capitis Sanctiſſimæ Matris cum ſummo dolore mentis ejus, velatus fuiſti.

Ieſu, qui dulces manus, & pedes, acerbiſſimis clavis, tũ multo manante cruore, configi voluiſti.

Miserere nobis.

Ieſu, qui nudus, ſuper lignum crucis, diré projectus, & crudeliter diſtentus fuiſti.

Ieſu, qui cyrographum peccatorũ noſtrorum, & mortis, eidem cruci affixiſti.

Ieſu, qui in cruce exaltatus, inter cælum & terram pendens, ima ſuperis conjunxiſti.

Miserere nobis.

Ieſu, qui pro crudeliſſimis crucifi-

xori-

xoribus, Patrem affectuosissimè exorâsti.

Iesu, qui à prætereuntibus Sacerdotibus insipienter blasphematus fuisti.

Iesu, qui titulum triumphalem, tribus linguis scriptum, supra crucem poni voluisti.

Iesu, qui inter duos latrones crucifixus, Te verum Judicem bonorum malorum ostendisti.

Miserere nobis.

Iesu, qui latronem ad dexteram tuam crucifixum licet serò pænitentem, clemens exaudisti.

Iesu, qui vestimenta tua dividi, & super tunicam insutilem, sortē mitti voluisti.

Iesu, qui pendens in cruce á multis spretus, & variis exprobrabi-

Miserere nobis.

libus verbis illuſus fuiſti.

Jeſu, qui Materno dolori compatiens, ipſam Joanni, & ei ipſum dilectum Diſcipulum, commendâſti.

Iesu, qui preces ad Patrem in cruce, cum clamore valido, & lachrymis, pro nobis obtuliſti.

Ieſu, qui præ doloris anguſtia Eli, Eli, Lamma Sabacthani? magnâ voce clamâſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui ſalutem humani generis ſitiens, aceto & vino myrrhato cum felle mixto, potatus fuiſti.

Ieſu, qui noſtræ Redemptionis opus, jam in Tua paſſione conſummatum, Deo Patri obtuliſti.

Ieſu, qui horâ nonâ in cruce moriens, ſanctam animam Patri

Miſerere nobis.

commendaſti.

Ieſu, qui verſùs Matrem inclinato capite, maximo cum dolore Spiritum emiſiſti.

Ieſu, qui mox obſcurato ſole, terræ motum fieri, & velum templi ſcindi, monumentaque aperiri voluiſti.

Ieſu, qui mortem noſtram, moriendo deſtruxiſti, & ſanguine Tuo mundum redemiſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui Matrem cum Joanne, Magdalenam, & ſorores amaritudine doloris repletas reliquiſti.

Ieſu, qui militis lanceâ aperto latere Tuo, exinde ſanguinem & aquam effudiſti.

Ieſu, qui de vulneribus tuis medelam vulnerum noſtrorum emanare

Miſerere nobis.

nare voluiſti.

Jesu, qui horâ veſpertinâ à Joſeph & Nicodemo de cruce depoſitus fuiſti.

Iesu, qui inter brachia mæſtiſſimæ Matris receptus, ab ipſa, & aliis tuis fidelibus, planctus fuiſti.

Iesu, qui cum aromatibus & ſindone munda ac linteo, involutus fuiſti.

Miserere nobis.

Iesu, qui in alieno monumento, tanquam inops et peregrinus, ſepultus fuiſti.

Iesu, qui ad inferos deſcendens, portas ferreas et vectes, confregiſti.

Iesu, qui devicto diabolo, magna virtute Tua, infernum ſpoliâſti.

Miſerere nobis.

Iesu, qui Sanctos tuos, cum gloria

et triumpho, ab inferis eduxisti.

Jesu, qui tertia die, ruptis vinculis mortis, cum ineffabili gloria surrexisti.

Iesu, qui à mortuis Te resurgente, terræ motum magnum fieri voluisti.

Iesu, qui Matri Tuæ in lachrymis oranti, cum gaudio gloriosus primò apparuisti.

Iesu, qui ejusdem Matris tuæ, omnem mæroris acerbitatem, in lætitiam convertisti.

Iesu, qui mulieribus, ad monumentum cum aromatibus, venientibus, Angelorum visionem præbuisti.

Iesu, qui ab ostio monumenti revolutum lapidem, ab Angelo eis

Miserere nobis.

Miserere nobis.

 osten-

ostendi, voluisti,

Jesu, qui custodes præ timore exterritos, velut mortuos jacere fecisti.

Iesu, qui mulieribus & Apostolis te resurrexisse, per Angelum nunciâsti.

Iesu, qui Dilectis tuis desiderium te quærendi indidisti, sed effectũ înveniẽdi, in Galilæam distulisti.

Miserere nobis.

Iesu, qui ferventissimæ tuæ Mariæ Magdalenæ, in specie Hortulani apparuisti.

Iesu, qui devotis mulieribus á sepulchro redeuntibus, propitius & speciosus occurristi.

Iesu, qui veritatem Tuæ resurrectionis â militibus pecuniâ corruptis, perverti non permisisti.

Miserere nobis.

Jesu,

Jesu, qui Petro Tuo Vicario lachrymanti, ad conſolandũ eum, privatim apparuiſti.

Ieſu, qui duobus Diſcipulis in via ut peregrinus apparens, in fractione panis, Te eis manifeſtare voluiſti.

Ieſu, qui in albis ad congregatos Diſcipulos clauſis januis intrans, in medio eorum ſtetiſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui poſt verbum pacis, ut Diſcipulorum turbinem ſedares, tua vulnera eis palpanda præbuiſti.

Ieſu, qui partem piſcis aſſi, & favũ mellis tibi offerri, & coram ipſis manducare voluiſti.

Ieſu, qui reliqua Diſcipulis tradens, ſenſum eis, ut ſcripturas

Miſerere nobis.

intelligerent, aperuiſti.

Ieſu, qui omnem tibi poteſtatem à Patre traditam manifeſtans, Diſcipulos tuos baptizare gentes miſiſti.

Ieſu, qui in littore maris Diſcipulis apparens, ad dexteram navigii rete trahi præcepiſti.

Iesu, qui obedientibus illis, copioſâ multitudine piſcium adimplere rete voluiſti.

Miſerere nobis.

Ieſu, qui Diſcipulis Tuis, per quadraginta dies, in variis argumentis apparuiſti.

Iesu, qui ut nos ab infidelitatis vulnere ſanares, vulnera Tua ab Apoſtolo Thoma palpari voluiſti.

Ieſu, qui poſt reſurrectionem conveſcens cum eis, poſtea palàm

Miſerere nobis.

cernentibus cunctis in cælum aſcendiſti.

Jeſu, qui quinquageſima die ſanctum Spiritum ſuper eos, in linguis igneis miſiſti.

Iesu, qui per ipſorum Apoſtolorum prædicationem, univerſum mundum ad te, convertiſti.

Iesu, qui ſuper Te firmam Petrã, Eccleſiam tuam per manus Sanctorum tuorum ædificâſti.

Miserere nobis.

Iesu, qui ipſam Divinis Sacramentis, tanquam Sponſam ornatam monilibus, decorâſti.

Iesu, qui nobis poſt naufragium, ſecundam tabulam pænitentiæ, miſericorditer reliquiſti.

Iesu, qui Matrem Tuam Sanctiſſimam Virginem MARIAM ad

Miserere nobis.

cælos aſſumpſiſti,

Jesu, qui in cælis ipſam quoque Advocatam noſtram pientiſſimã conſtituiſti.

Iesu, qui in exponendis ſacris ſcripturis Beatum Hieronymum Doctorem maximum elegiſti.

Iesu, qui venturus es judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem.

Jesu Chriſte audi nos. Jesu Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon Kyrie eleyſon.

Miſerere nobis. Miſerere nobis.

Pater noſter &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Domine exaudi orationem meã;

℟. Et clamor meus ad te veniat,

Oremus.

JESU Nazarene, reſpice tribulationes meas quæ circumdederunt me undique, deprecor te ſubmiſſo corde in ſpiritu humilitatis, ut exaudias me de tribulatione, pro qua te invoco, & ad Te proclamo Alpha, & Omega JESU Benedicte, Pater omniũ credentiũ, atque omniũ creaturarũ, ut ſicuti veram carnem de Beata Virgine accepiſti, ita & ego veraciter accipiam, quod à Te peto, per Te ipſum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui vivis & regnas cum Deo Patre & Spiritu S. in ſæcula ſæculorum, Amen.

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne DEus, qui

qui ſubvenis in periculis & neceſſitatibus laborantibus, Majeſtatem Tuam ſuppliciter exoramus, ut mittere digneris Sanctum Angelum tuũ de cælis, qui nos famulos tuos in anguſtiis & neceſſitatibus exiſtentes, conſolationibus tuis attollat: quib9 & de præſenti conſequamur auxilium, & gaudia comprehendamus æterna: per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Amen.

ORATIO.

RESpice quæſumus Domine ſuper hanc familiam Tuam, pro qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus non dubitavit manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum. Qui tecum vivit & regnat &c.

ORATIO.

PRæſta quæſumus Omnipotens DEus, ut qui in tua protectione confidimus, univerſa nobis adverſantia, te adjuvante vincamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum A.

ORATIO FINALIS.

FEſtina Domine ne moreris, libera me & noli tardare; exaudi Domine JEſu Chriſte orationem meam: Præliator fortis, Princeps pacis, Rex potentiſſimus, Imperator ſummus totius cœleſtis exercitûs Tu es Domine, qui inimicum tuum diabolum viciſti, & omne genus humanum de ejus poteſtate liberáſti. Libera me Domine de omni tribulatione & anguſtia, in qua poſitus

ſum,

ſum, propter inſidias inimicorum meorum viſibilium & inviſibilium: ut non habeant poteſtatem nocendi, Te precor humillime Salvator mundi. Qui cum Patre & Spiritu Sancto, vivis & regnas DEUS per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

SEQVITVR ORATIO S. AVGUSTINI.

QVam ſi quis in gratia DEI exiſtens, triginta tribus diebus cum devotione dixerit, de omni tribulatione & anguſtia qua detentus fuerit, ſe liberandum & quamcunque rem juſtam, a Deo petierit, obtenturum ſperet.

ORATIO

O Dulciſsime Domine JESU Chriſte verus DEUS, qui de ſinu Patris Omnipotentis miſſus es in

mun-

mundum, peccata relaxare, peccatores ſalvare, afflictos redimere, in carcere poſitos ſolvere, diſperſos cõgregare, peregrinos in ſuam patriam reducere, cõtritis corde miſereri, dolentes & lugentes conſolari, dignare Domine JESU Chriſte, abſolvere & liberare me famulum tuum N.N. de tribulatione & afflictione, in qua poſitus ſum: & Tu DEus, qui genus humanum in quantum homo, á Deo Patre Omnipotente in Tuam cuſtodiam accepiſti, & ex pietate Tua, crudeli paſsione, nobis paradiſum pretioſo ſanguine tuo, mirabiliter mercatus es, & inter Angelos & homines pacem feciſti. Tu Domine JESU, Chriſte digneris inter me & inimicos meos ſtabilire & firma-

re concordiam, & veram pacem & gratiam tuam ſuper me oſtendere, & infundere miſericordiam tuam: & omne odium & iracundiam inimicorum meorum, quod contra me habent digneris extinguere & mitigare, ſicut abſtuliſti iracundiam & odium quod habuit Eſau adverſùs Iacob fratrem ſuum, ita Tu Domine JESU Chriſte, ſuper me famulum tuum N. N. brachium tuum et gratiam tuam oſtendere, et me liberare digneris ab omnibus me odientibus. Domine JESU Chriſte. Sicut liberâſti Abraham de manibus Chaldæorum, et filium Iſaac, de immolatione ſacrificii cum ariete, et Jacob, de manu Eſau, fratris ſui, et Joſeph de manu fratrum ſu-

orum, Nòé per Arcam diluvii, Loth de civitate Sodomorum, famulos tuos Moyſen et Aaron et populum Iſrael de manu Pharaonis et de ſervitute Ægypti, Saul de monte Gelboe, David Regem de manu Saulis, et Goliath Gygantis. *Suſannam* de falſo crimine et teſtimonio, Judith de manu Holophernis: Danielem de lacu Leonum, tres pueros ſcilicet Sidrach, Miſach et Abdenago, de camino ignis ardentis: Jonam de ventre ceti, et filiam Chananeæ, quæ erat tormentata per diabolum, et Petrum de mari, Paulum de vinculis, ita me famulum tuum N. N. dulciſſime Domine JESU Chriſte Fili DEI vivi, liberare digneris, et ſuccurrere in adjutorium mihi, quia

inimici mei faciunt ſuper me, et facere volunt multa. Ita Domine JESU Chriſte evacuare digneris eorum mala conſilia, ſicut evacuâſti conſilium Achitophelis qui conſiliatus eſt Abſalon, contra David Regem Patrem ſuum: ita Domine Jesu Chriſte me liberare digneris per ſancta beneficia tua, & per ſanctam Incarnationem tuam, quam accepiſti, ut homo, de Virgine MARIA; & per ſanctam Nativitatem tuam, per famem & ſitim, per frigus, per calores, per labores & afflictiones, per ſputa, per alapas, per flagella, per clavos, per lanceam, per ſpineam coronam, per potationem fellis & aceti, per ſævifsimam mortem crucis, per ſeptem verba, quæ pendens in

cruce dixiſti: ſcilicet: Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt; dixiſti Domine latroni pendenti in cruce, amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo; dixiſti Domine Eli Eli Lama ſabacthani, quod eſt interpretatum Deus meus, Deus meus ut quid dereliquiſti me; dixiſti Domine Matri tuæ, Mulier ecce Filius tuus, deinde Diſcipulo, ecce Mater tua: oſtendens Deus curam habere tuorum amicorum: dixiſti Domine, ſitio, ſcilicet ſalutem animarum noſtrarum; dixiſti Domine Patri tuo, in manus tuas Domine commendo Spiritum meum: dixiſti Domine. conſummatum eſt, ſignificans Te labores & dolores, quos pro nobis miſeris ſuſcepiſti jam finire.

re. Propter hæc etiam rogo Te Redemptor Domine JESU Christe, ut custodias me famulum tuum N. N. ab omni periculo, hic & in præsenti & in futuro. Defende me Domine per descensionem tuam ad inferos, per Resurrectionem tuam, per frequentem Discipulorum tuorum consolationem, per admirabilem Ascensionem Tuam, per Adventum Spiritûs Sancti Paraclyti, per diem tremendi judicii: per hæc omnia exaudi me Domine, & per cũcta beneficia tua. Et simul gratias ago Tibi pro cunctis beneficiis tuis in me famulũ tuũ collatis. quia Tu fecisti me ex nihilo, Tu redemisti me, Tu ad fidem sanctam Tuam perduxisti me, & contra diaboli tentatio-

nem me præmunîſti, vitam æternam promittendo. Propter iſta, & omnia alia, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, rogo Te Dulciſſime Domine Jesu Chriſte, ut ab omnibus periculis animæ et corporis, pro tua pietate et miſericordia me famulum tuum N. N. nunc et ſemper liberare, et poſt hujus vitæ decurſum ad te Deum vivum et verum me perducere digneris, Qui vivis et regnas, per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

Oratio hæc devotiſsima contra inſidias quaſcunque inimicorum omnium viſibilium & inviſibilium efficax eſse poteſt, ſi cum devotione dicatur.

ORATIO.

DUlcissime Domine Jesu Christe Fili Dei vivi secundùm Divinitatem: & Fili Gloriosæ Virginis MARIæ secundùm humanitatem, qui imminente tempore passionis sacratissimæ Tuæ, sciens omnia, quæ ventura erant in Te, processisti & dixisti Judæis quærentibus Te, quem quæritis? at illi dixerunt: JESUM Nazarenum; Tu iterum piè dixisti: dixi vobis quia ego sum, si ergo me quæritis sinite hos abire. Sicut hoc est verum Domine Jesu Christe, & ego firmiter sinè hæsitatione verissimum esse credo, sic me liberare digneris ab omnibus insidiis inimicorum meorum, visibilium & invisibilium, quatenus abeat & retrorsum cadat in terram nociva virtus

eorum,

eorum, ut non posſint mihi nocumentum dare in anima, nec in corpore, in honore, neque in rebus, per Sanctam Tuam Trinitatem & Vnitatem, Divinitatem, & Humanitatem; & per merita Sanctæ Gloriosæ Virginis MARIæ, Dignisſimæ Genitricis Tuæ, et per ſanctisſimum Virginale lac, quo Te pavit et lactavit: per merita Omnium Sanctorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Evangeliſtarũ, Martyrum, Confeſſorum, Anachoretarum, et omnium Ordinum, et Sanctarum Virginum, et viduarum, et omnium Electorum. qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritús Sancti etc. Amen.

Alia Oratio maximæ virtutis, quæ si devotè in tempore tribulationis dicatur, cum Psalmis sequentibus valere potest mirabiliter ad obtinendam victoriam, & ut confundantur inimici in iniquitate sua.

ORATIO.

DOmine DEus Omnipotens Pater et Fili et Spiritus Sancte, da mihi victoriam contra inimicos meos, ut non possint mihi resistere nec nocere, sed dirigatur virtus et consilium eorum in bonum. Tu Deus sis fortitudo mea et refugium meum, et clypeus defensionis meæ, quatenus dispergantur et confundantur omnes inimici mei, et adversarii mei. Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus omnium bene viven-

viventium, libera me famulum tuum de omnibus peccatis meis, et de angustiis meis, et de tribulationibus et necessitatibus atque periculis meis. Da mihi virtutem, et fortitudinem, et sermonem rectum benesonantem, in os meum, ut placita sint verba mea in conspectu Tuo, et coram omnibus videntibus et audientibus me, ut inveniam gratiam & auxilium ante ipsos in omnibus petitionibus meis. Propheta clamat: Apostolus dicit: Christus in se confidentes salvat: Christus vincit: Christus imperat, & donare dignetur, me esse triumphatorem omnium adversariorum meorum, ut non timeam, quod faciat mihi homo.

PSALMUS.

DOmine quid multiplicati ſunt qui tribulant me: multi inſurgunt adverſum me.

Multi dicunt animæ meæ: non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.

Tu autem Domine ſuſceptor meus es: gloria mea & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de mõte ſancto ſuo.

Ego dormivi & ſoporatus ſum, et exurrexi: quoniã Dominus ſuſcepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: exurge Domine, ſalvũ me fac Deus meus.

Quoniam tu percuſsiſti omnes adver-

versantes mihi sine causa: dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus: & super populum tuum benedictio Tua.

Gloria Patri & Filio, et Spiritui Sancto &c.

PSALMUS.

DEus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur Tibi populi DEUS: confiteantur Tibi populi omnes.

Lætentur et exultent gentes: quoniam judicas populos in æquitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur Tibi populi Deus, confiteantur Tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto &c.

PSALMUS.

DEUS in Nomine Tuo salvum me fac: et in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob,

Quoniam alieni insurrexerunt adversùm me, et fortes quæsierunt animam meam: et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Averte mala inimicis meis: & in veritate Tua diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo Tibi: & confitebor Nomini Tuo Domine, quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos, deſpexit oculus meus.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto &c.

PSALMUS.

De profundis clamavi ad Te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures Tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem Tuam ſuſtinui Te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ejus: ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſràél: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto &c.

PSALMUS.

VOce mea ad Dominum clamavi:

vi: voce mea ad Dominum depre-
catus sum.

Effundo in conspectu ejus orationem meam; et tribulationem meam ante ipsum pronuncio.

In deficiendo ex me Spiritum meum: et Tu cognovisti semitas meas.

In via hac, quâ ambulabam: absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram et videbam: & non erat qui cognosceret me.

Periit fuga â me: et non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad Te Domine tu es spes mea: portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.

Libera me à perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum Nomini Tuo: me exſpectant juſti, donec retribuas mihi.

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto &c.

Poſt Pſalmos dic Orationem hanc cum devotione.

Oremus.

LIbera me Domine JESU, Chriſte, Fili Dei vivi, qui in cruce ſuſpenſus fuiſti, et lanceâ latus perforari voluiſti: & Tuo pretioſiſsimo ſanguine me redemiſti: ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis Sidrach Miſach et Abdenago,

go, et sicut liberâsti Danielem de lacu Leonum, et sicut liberâsti Susannam de falso crimine accusatam, et sicut exaudisti Mariam Magdalenam peccatricem. Libera me famulum tuum, ab omni opere malo, pr& senti, præterito, et futuro. Exaudi me in omnibus deprecationibus petitionibus meis, ac de tribulationi- bus meis me liberare digneris. qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculorum amen

ORATIO.

Pro Civitate.

EXaudi Domine orationes nostras et civitatem tuam respice oculis misericordiæ tuæ. Exaudi Domine

mine populum Tuum, ut miſericordia Tua avertat furorem tuum à populo Tuo, et à Civitate Tua hac: tribulationes enim civitatis audivimus, Domine miſerere. Exaudi Domine orationem ſervorum tuorum; benedic & ſanctifica iſtam civitatem Domine, qui cuſtodis pactum et miſericordiam cum ſervis tuis, qui ambulant coram te Domine in toto corde ſuo in ſempiternum. Deus Iſràél audi humiles orationes, quas ſervi Tui orant coràm Te hodie, ut ſint oculi Tui aperti, & aures Tuæ vigilantes ſuper civitatem iſtam die ac nocte. Vide nos Domine! cui humilium ſemper & manſuetorum [plac]uit deprecatio, & clamor cum [lac]hrymis. Obſecro Domine, &

vide, quia congregati ſunt inimici noſtri, & gloriantur in virtute ſua; contere fortitudinem illorum Domine, & diſperge illos, ut cognoſcant, quia non eſt alius, qui pugnet pro nobis, niſi Tu Deus noſter; diſperge & deſtrue eos Protector noſter Domine. Ad Te ſunt oculi noſtri ne pereamus. Da pacem Domine in diebus noſtris, reſpice ad humilitatem noſtram, libera populum tuum & civitatem iſtam, exaudi Domine orationes noſtras, & reconciliare nobis. Per Dominum noſtrum Jesum Chriſtum &c.

Reſponſorium de S. PETRO de Alcantara, pro quovis bono ſpirituali impetrando. Ex Brev: Fran.

Domine JESU Chriſte cui S. Petrus adeo fideliter in vita ſua ſervivit, ut in tempore iracundiæ fieret reconciliatio: Exaudi propter eum preces noſtras, & da nobi ſalutem animæ & corporis. ℣. Qui Famulæ Tuæ Terei dixiſti,

dixisti, Te semper in Petri nomine petentes exauditurum. Exaudi propter eum &c. Gloria Patri &c. Exaudi &c.

Oremus.

DEUS, qui Beatum Petrum Confessorem Tuum, admirabilis pænitentiæ, & altissimæ contemplationis munere, illustrare dignatus es: concede propitius ut ejus suffragantibus meritis, carne mortificati, cælestium donorum participes fieri mereamur. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Devota Precatio pro felici morte.

O *BONE JESU!* Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte; ne quando dicat inimicus meus: prævalui adversus eũ. *Psalm: 12.*

O, ADONAI! Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi Domine finem meum. *Psalm. 38.*

O, SA-

O, SAPIENTIA Quæ ex ore ALTISSIMI PRODIISTI! Notum, fac mihi & numerum dierum meorum: ut ſciam quid deſit mihi. *Pſal: 38.*

O, MESSIAS! In manus tuas Domine commendo Spiritum meum: redemiſti me Domine Deus veritatis. *Pſal. 30.*

O, REX NOSTER FILI DAVID! Dirupiſti Domine vincula mea: Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini invocabo. *Pſal. 115.*

O, HELOI! Periit fuga à me, & non eſt qui requirat animam meam. *Pſal. 141.*

O, EMMANUEL! Clamavi ad Te Domine: dixi: Tu es ſpes mea, in terra viventium. *Pſal. 141.*

O, CHRISTE! Fac mecum ſignum in bonum, ut videant qui oderunt me et confundantur: quoniam Tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me. *Pſal. 85.*

O, AGYOS! Signatum eſt ſuper nos lumen vultûs tui Domine: dediſti lætitiam in corde meo, *Pſal. 4.*

O, RABBI! Dixi, confitebor adversùm me injuſtitiam meam Domino: & Tu remiſiſti impietatem peccati mei. *Pſal. 31.*

O, TETRAGRAMMATON! Qui tribulant me, exulta-

bunt

bunt, ſi motus fuero: ego autem in miſericordia Tua ſperavi. *Pſal. 12.*

O, AGNUS! Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi: et pſallam Nomini Domini Altiſsimi. *Pſal. 12.*

Gloria Patri & Filio, & Spiritúi Sancto &c.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

Pater noſter &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationē.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Confiteantur tibi Domine omnia opera Tua:
℟. Et Sancti Tui benedicant Tibi:
℣. Domine exaudi orationem meā
℟. Et clamor meus ad Te veniat.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Ezechiæ Regi Judæorum, lachrymis Tibi deprecanti, terminum ſuæ vitæ prætendiſti: concede mihi famulo tuo N. N. tantum vitæ terminum, ſaltem quò ad menſuram, ut peccata mea valeam deplorare, & veniam, atque gratiam & Tuam miſericordiam conſequi merear. Per Chriſtum Dominum noſtrum A.

Laudans invocabo Dominum.

Et ab inimicis meis ſalvus ero.

ORATIO.

Ad rectè obeundum munus Regium.

OMnipotens ſempiterne Deus, à quo omne datum optimum, & do-

& donum perfectum descendit: qui jussisti Salomonē, postquam in Regem unctus est adolescens, ut à Te peteret quod vellet; & cùm sapientiam petiisset, ut discerneret inter bonum & malum, & judicare posset populum tuum Israel in æquitate, placuit magnopere oratio illius in conspectu Tuo: majestatem Tuam per JEsum Christum Filium Tuū Dominum & servatorem nostrum in quo sunt omnes thesauri sapientiæ Tuæ, supplex precor, ut respicere digneris super me indignum servum tuum, quem non meis meritis, sed infinita bonitate, ac benignitate Tua, ad solium regni evexisti. Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, quæ mecum sit, & mecū

ſemper laboret: verè enim Domine Deus meus, parvulus puer ego ſum, ignorans introitum & exitum meum, et in medio populi tui, (in quo eſt invocatum Nomen Tuum) multi & magni, ad gubernandum ego difficilis habito. Inveniat ergo ſervus tuus, & filius Ancillæ Tuæ, gratiam in oculis Tuis, et da mihi Spiritum Sanctum Tuum, Spiritum timoris Tui, Spiritum Sapientiæ & Intellectûs: ut ſemper intuens in ſpeculum Divinæ Majeſtatis Tuæ, omnia ſuſcipiam & agam ad gloriam Nominis Tui, et Eccleſiæ Tuæ Sanctæ, ac Regni mihi commendati utilitatem, magno et infracto animo, non in meis viribus, ſed in Te Domine, et in auxilio Tuo confidens.

Non permittas Clementiſsime Deus, ut unquam mentem meam obtenebret vel prava cupiditas, vel ſiniſtra opinio, vel adulantium aut male conſulentium aſtutia. Diſpellat omnem in rebus difficilibus atque conſiliis perplexitatem radius lucis Tuæ Divinæ, ac caſus & pericula abſcondita detegat, ut planâ et ſecurâ viâ incedens, ſemper id inveniam, cognoſcam, amplectar atque perficiam, quod Tuæ potiſsimùm placuerit Majeſtati. Diſſolve etiam Potentiâ ac Sapientiâ Tuâ, vires, fraudes et laqueos Achitophelis, quos ſtruxit David ſervo Tuo, & fraudes ſenum illorum; qui conſpiraverunt in necem, Suſannæ famulæ Tuæ. Converte corda populi Tui et ſubdito-

rum,

rum, ut Divinam Majeſtatem Tuam revereantur in ſervo tuo, et opus quod Potentia Tua et brachio excelſo feciſti, intelligant, atque Majeſtati Tuæ, pro tanto beneficio, quo regnũ hoc diſcordia et bellis civilibus diviſum ab interitu vindicâſti, gratias referant, ac demum ſe faciles ad omne opus bonum, pro gloria ſanctiſsimi Nominis Tui, et utilitate Eccleſiæ, atque conſervatione Regni hujus exhibeant, ut in eo glorificetur in æternum, glorioſiſsimum & ſanctiſsimum Nomen Tuum, et ſtudium pietatis, et virtutum, Te Domine de cælo pluviam dante, germinet, augeaturque ſemper, et creſcat. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

Aggreſſu-

Aggressurus negotia difficilia dicat.

DOminus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: á quo trepidabo?

Dum appropinquant ſuper me nocentes: ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt, et ceciderunt.

Si conſurgant adversùm me caſtra: non timebit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium: in hoc ego ſperabo.

Unam petii à Domino hanc requiram: ut inhabitem in domo Dei mei omnibus diebus vitæ meæ.

Ut videam voluptatem Domini:

& visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me: et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis; cantabo et Psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, quà clamavi ad Te: miserere mei & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea; faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam á me: ne declines in ira á servo tuo.

Adjutor meus esto ne derelinquas

me:

me: neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.

Quoniam Pater meus & Mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſsumpſit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in ſemitam rectã, propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, et mentita eſt iniquitas ſibi.

Credo videre bona Domini: in terra viventium.

Exſpecta Dominum viriliter age: & confortetur cor tuum et ſuſtine Dominum.

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto &c.

Oremus.

ACtiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præveni, et adjuvando proſequere, ut omnis noſtra deliberatio et operatio, à Te ſemper incipiat, et incæpta per Te dirigatur. Qui vivis et regnas in ſæcula ſæculorum Amen.

Item alius Pſalmus brevior ante negotia.

LEvavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum et terram.

Non det in commotionem pedẽ tuum: neque dormitet, qui cuſtodit te.

Ecce

Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum: ex hoc nunc et usque in sæculum.

Gloria Patri & Filio, et Spiritui Sancto &c.

ORATIO *Vt supra.*

ACtiones nostras &c.

Vel etiam dicatur Psalmus.

 In

IN Te Domine ſperavi non confundar in æternum: in juſtitia Tua libera me.

Inclina ad me aurem Tuam: accelera et eruas me.

Eſto mihi in DEUM Protectorem et in domum refugii: ut ſalvum me facias.

Quoniam fortitudo mea et refugium meum es Tu: et propter nomẽ Tuum deduces me, et enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi: quoniam tu es Protector meus.

In manus Tuas Domine commẽdo Spiritum meum: redemiſti me Domine DEUS veritatis.

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto &c.

ORA-

ORATIO *Vt supra.*

ACtiones noſtras &c.

In gratiarum actionem pro beneficiis acceptis.

Pſalmus 144.

EXaltabo te Deus meus Rex: et benedicam Nomini tuo in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.

Per ſingulos dies benedicam tibi: et laudabo nomen Tuum in ſæculum et in ſæculum ſæculi.

Magnus Dominus laudabilis nimis: et magnitudinis ejus non eſt finis.

Generatio & generatio laudabit opera Tua: et Potentiam tuam pronuntiabunt.

Magnificentiam gloriæ ſanctitatis

tuæ

tuæ loquentur: et mirabilia tua narrabunt.

